Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



130

Et factum est in anno. Cap. vi.
dominum ad me dicens.
Fili hominis pone fa
ciem tuam ad montes israel. et prophetabis
ad eos. et dices. Montes israel audite
verbum domini. Hec dicit dominus
deus montibus. et collibus. rupibus. et
vallibus. Ecce ego inducam super
vos gladium. et disperdam excelsa
vestra. et demolitur aras vestras. et frin
gam simulacra vestra. et deiciam in
interfectos vestros ante idola vestra. et
dabo cadavera filiorum israel coram facie
simulacrorum vestrorum. et dispergam os
sa vestra circum aras vestras. in omni
bus habitationibus vestris urbes deserte
erunt. et excelsa demolientur. et dis
perdentur. et destruentur. et cessabunt idola vestra.
et auferentur delubra vestra. et delebuntur
opera vestra. et cadet interfectus in me
dio vestri. et scietis quia ego dominus.
Et relinquam in vobis eos qui fugiet
gladium. in gentibus cum disperso
vos fuerit. Et recordabuntur mei
liberi vestri in gentibus ad quas capti
in ducti sunt. quia contrivi cor eorum
fornicans et recedens a me. et oculos
eorum fornicantes post idola sua.
Et displicebunt sibi metipsis ma
lis quae fecerunt. et iniquitatibus ab
ominationibus suis. Et scient quia
ego dominus non frustra locutus
sum ut facerem eis malum hoc. Hec
dicit dominus deus. Percute ma
nu tuam. et allide pedem tuum. et dic.
Heu. heu. heu. ad omnes abhomi
nationes malorum domus israhel.
quia gladio. fame. et pestilentia cadent.
Qui longe est pestilentia morietur.
qui autem prope gladio corruet. et qui
obsessus et relictus fuerit fame mori
entur. et complebo indignationem meam
in eis. et scietis quia ego dominus.
Cum fuerint interfecti vestri in medio
idolorum vestrorum circumquaque aras vestras.
omnem collem excelsum. in cacumine
montium. et subtus omne
lignum nemorosum. et subtus
omnem quercum frondosam. locum
ubi accendebat thura redolentia omni
bus idolis suis. Et extendam ma
num meam super eos. et faciam terram
desolatam. et deserta a deserto de
vastata in omnibus habitationibus eorum.
et scient quia ego dominus.

Et factus est sermo domini ad me
dicens. Et tu fili hominis.
Hec dicit dominus deus terre israel.
finis venit. venit finis. super quatu
or plagas terre. nunc finis super te.
et emittam furorem meum in te. et
iudicabo te iuxta vias tuas. et po
nam contra te omnes abhominationes
tuas. et non parcet oculus meus super
te. et non miserebor. sed vias tuas
ponam super te. et abhominationes
tue in medio tui erunt. et scietis
quia ego dominus. Hec dicit dominus
deus israel. Afflictio venit. afflictio
ecce venit. finis venit. venit finis.
evigilavit adversus te. ecce venit.
venit. exitio super te qui habitas in
terra. venit tempus. prope est conclusionis di
es. non gaudere montium. Nunc de
propinquo effundam iram meam
super te. et complebo furorem meum in
te. et iudicabo te iuxta vias tuas.
et imponam tibi omnia scelera tua.
et non parcet oculus meus. nec mise
ebor. sed vias tuas imponam tibi. et
abhominationes tue in medio
tui erunt. et scietis quia ego domin sum